Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Daniel Habichhorst     Christian Alard

# De Providentia Divina

Rostochi[i]: Richelius, 1683

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562455**

Druck     Freier Zugang     PUBLIC DOMAIN

RU theol. 15.Dez. 1683

Habichhorst, Andr. Dan.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737562455/phys_0001

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562455/phys_0002
DFG

Qvod felix fauſtumq; DEus velit eſſe ratumq; !

DE

# PROVIDENTIA DIVINA

In illuſtri Univerſitate Roſtochienſi

Ven. & Ampl. FCtate THEOL. conſentiente,

PRÆSIDE

ANDREA DANIELE HABICHHORSTIO,

S. TH. & PHIL. DOCTORE ac PROFESSORE ORDINARIO,

ad d. XV. Decembr. hor. matut. In Aud. Majori

diſputabit

CHRISTIAN ALARD,

Malchino-Mekelb.

Roſtochi Typis JACOBI RICHELII, Senat. Typ.

A. C. M DC LXXXIII.

Universitäts Bibliothek Rostock

## Theſis I.

DIvinam dari providentiam (cujus nuperâ Diſputatione incidenter fiebat mentio, & qva Deus res à ſe creatas conſervat inq; illarum actiones & effectus, qva tales, coinfluit atq; omnia ſapientiſſimè gubernat, qvæqve fiunt ad finẽ, qvem determinavit, ordinat, ad ſui nominis gloriam & univerſi hujus præcipuèqve hominum piorum utilitatem) adeoq; non omnia caſu fieri, etiam gentiles agnoverunt, utut dubias nonnunqvam cogitationes cum Claudiano foverint, ita qvidem incipiente:

Sæpe mihi dubiam traxit ſententia mentem,
Num curent homines Superi: num Rector ineſſet
Humanis rebus?

Mox verò ſibi reſpondente:

tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant;

Pleniori verò ore ſacrarum Scripturarum ſcrutatores affirmant.

II.

Providentia latè accepta complectitur etiam πρόγνωσιν h. e. præſcientiam ſ. potius ſimpliciſſimam & præſentem viſionis ſcientiam, qvæ qvidem providentiæ prælucet, non tamen eventui neceſſitatem imponit.

III. Ma-

III.

Materia circa qvam ſive Objectum providentiæ hujus non tantum incorruptilitia & ſublimiora, ſed & omnia qvæ ſunt: princeps verò ſunt Angeli & homines, & in genere qvidem omnes homines, qvorum cùm vitã moderatur, tum actiones & bonas & malas, qvamvis diverſimodè: illas qvidem juvando, promovendo, remunerando; has verò averſando, prohibendo, impediendo vel permittendo, permiſſa porro dirigendo & determinando, tandemqve puniendo vel remittendo; Specialiſſimè verò homines pii & fideles: Secundarium ſunt reliqva creata omnia, etiam minima.

IV.

Forma providentiæ divinæ abſolvitur qvidem actibus conſervationis, concurſus ſ. cooperationis & gubernationis; non tamen hic concurſus & gubernatio divina irreſiſtibiliter & immutabiliter agit, cooperatur & dirigit, neqve voluntates hominum determinat vel ita in voluntates hominum influit, ut eas ad volendum determinatè unum qvoad ſpeciem actus applicet.

## Add.

1. PEr הנסתרת ſ. ARCANA Deut. 29. 29. intelliguntur conſilia Dei, ſpeciatim de terminis gentium, in tempore revelata, adeoqve locus Reformatorũ diſtinctionem inter VOLUNTATEM DEI ARCANAM ET REVELATAM non firmat. Verſio qvoqve Luthe-

Lutheri immeritò hîc à SIXT. AB AMAMA, HAKSPANIO aliisqve flagellatur, cum Fonti optimè reſpondeat.

2. Sepulchretum Saræ dicitur qvidem מערת המכפלה, non tamen fuit in SPELUNCA DUPLICI: ut adeo fruſtra ſe multi torſerint, cur appelletur ſpelunca duplex, fruſtraqve ſtatuerint, unam fuiſſe pro Viris, alteram pro fœminis, item unam exteriorem, alteram interiorem &c. Gen 23, 9.

Ad
Præſtantiſſ. Dn. RESPONDENTEM.

CHRISTIANUS ALARDUS.

*Anagr. aſp. exſp.*

SITIS ARDUA LUCRANS.

ARdua qvod *ſitias lucrans* encomia, teſtis
Hæc eſt, qvam tractas, ardua materies,
Gratulor! adſiſtat Tibi provida cura Jehovæ,
Ut DOMINO, *ſitiens ardua, lucra* pares.

*Qvod precatur, cujus Symbolum*

A udit D Eus H umilium D eſideria.

(o)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn737562455/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562455/phys_0008
DFG

### III.

Materia circa qvam ſive Objectu tiæ hujus non tantum incorruptilitia & ſublimio nnia qvæ ſunt: princeps verò ſunt Angeli & homi nere qvidem omnes homines, qvorum cùm vitâ tum actiones & bonas & malas, qvamvis diver ſi videm juvando, promovendo, remunerando; verſando, prohibendo, impediendo vel perm permiſſa porro dirigendo & determinando, ta puniendo vel remittendo; Specialiſſimè verò ii & fideles: Secundarium ſunt reliqva creata am minima.

### IV.

Forma providentiæ divinæ abſol m actibus conſervationis, concurſus ſ. cooperatio rnationis; non tamen hic concurſus & gubernatio ſiſtibiliter & immutabiliter agit, cooperatur & diri oluntates hominum determinat vel ita in volunta um influit, ut eas ad volendum determinatè l ſpeciem actus applicet.

## Add.

1. PEr הנסתרות ſ. ARCANA De . intelliguntur conſilia Dei, ſ a de terminis gentium, in tempo ta, adeoqve locus Reformatorũ ionem inter VOLUNTATEM DEI A ET REVELATAM non firmat. qvoqve Luthe-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737562455/phys_0009
DFG